



Wd. 25.  
a.

XXX.

32

THESES INAUGURALES  
EXHIBENTES  
**OBSERVATIONES VARIAS**  
THEORETICO PRACTICAS

**ACTIONE IN**  
**IVRIARUM,**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPÆ  
AC DOMINO,

**DN. CAROLO,**  
PRINCIPE BORVSSIÆ, MARCHIONE  
BRANDENB. RELIQA

P R A E S I D E ,

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO INTIMO,  
UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRI-  
MARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO;

**PROLICENTIA**  
PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI  
IN AUDITORIO MAGORI

D. I. Martii ANNO M. DCCXV.

horis ante & pomeridianis,

publicæ eruditorum disquisitioni submitit

**JOHANNES SCHIECKE,**  
Grimmensus Misnicus.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI ZAHNII, ACAD. ET SENAT.  
HALLENSIS TYPOGRAPHI,





THESES INAUGURALES  
EXHIBENTES  
OBSERVATIONES VARIAS  
**THEORETICO-PRA-  
CTICAS**  
DE  
**ACTIONE INJU-  
RIARUM.**

I.



Unt, proh dolor injuriæ inter Christia- *Actio inju-*  
nos in viridi observantia. Sed tamen riarum ma-  
& actio injuriarum tantum non quo- *teria max-*  
tidie in foris apparet, et si verum sit, *me practicas*  
etiam ab advocatis integris tractatibus  
demonstratum, eas actiones nec acto-  
ribus, nec reis, sed solum advocatis  
& Judicibus, ac aliis personis judicia-  
libus multum prodesse. a) Causas hujus rei jam inquirere a) yid. Joh.  
non vacat. Saltem ex dictis constat, me qui per viginti David-  
annos causarum patronum egi, loco thematis inauguralis Thönnikeri  
A non lucrum ina-

THESES INAUGURALES

2

ne processus injuria-  
sus non circuisse materiam subtilem & speculationibus inutili-  
bus occasionem dantem, sed maxime practicam.  
rum.

II.

*scopus & li-*  
*mutes harum* Cum vero injuria tam jure Romano, quam jure Saxonico consideretur dupliciter, partim ut delictum privatum  
*nescium.* pariens actionem injuriato partim ut crimen extraordinarium, i) 1. 12. in rium b) aut etiam, ut crimen publicum c) quod extraordinarium, de accus. nem punitur, aut de quo quilibet de populo accusare potest, vel uti moribus nostris invaluit processus inquisitor Anton. Augustinus sub us. de quo magistratus ex officio inquire solet, & iugementum punire, ne latius evagentur theses meæ, primario Lege Cor. riantem de actione injuriarum ero sollicitus. Sed & memineris, nelia de in-  
*juriis.* de actione injuriarum me obseruationes scribere, easque promiscuas, non commentarium aut dissertationem,  
c) 1. 10. & auth. sed novo jure C. de Episc. & Cler.

III.

*Homonymia* Equidem principii Institutionem hoc titulo de injuria & ex-  
*injuria & ex-* is nullus videtur esse usus practicus, cum saltem tradat homonymiam injuriarum, scilicet injuriam sumi pro omni  
*principio cir-* ea cum juris eo, quod non jure fit, vel pro contumelia, vel pro culpa, vel pro qualibet alia iniquitate & injustitia judicis.  
*caecum juris*  
*Justinianæ.*  
d) 1. 1. ff. Sensus Tribonianii, & Ulpiani, d) unde prior principium illud descripsit, is est. Significatum esse quadruplicem. Unum generale, pro omni quod non fit jure; tres reliquos speciales, dum vel pro contumelia, ut hic, vel pro culpa sumitur, ut in damno legis Aquilæ, quod dicitur damnum injuria datum, vel denique pro iniquitate & injustitia Judicis, inique judicantis, qui propterea injuriam dicitur fecisse partibus. Possunt hæc tolerari, sed tamen evidentius erit, si dicas, injuriam sumi vel late vel stricte late seu generaliter, pro omni eo, quod non jure fit, sive fiat ex dolo, sive ex culpa, sive ex proposito, sive ex errore & ignorantia. Stricte pro speciali delicto, id est con-

contumelia, quæ est hujus loci. Ergo ego quidem referrem damnum legis Aquilæ ad significationem generalem, id enim ideo dicitur injuria, quia sine jure fit, si ve quis oculo sive culpa damnum dederit. Eodem etiam referrem injuriam per judicem perverse judicantem illatam, qui hæc injuria locum habet, sive judex dolo malo sive ex ignorantia perverse judicet. e) Et quia ipse Ulpianus dicit, hanc injuriam esse quasi non juriam f) id est, de obligato id quod nullo jure fit, Pertinent etiam ad generalem significationem injuriæ dicta vulgaria: Volenti non fit g) d. l. i. injuria: Qui suo jure utitur, nemini facit injuriam &c.

## §. IV.

Sed quam sterilis etiam videatur hæc doctrina juris Justinianei adinde eliciendum usum practicum, non injundum tamer erit, casum aliquem practicum, id est tam, qui in facto contigit, & judicialiter examinatus atque ex parte per definitivam sententiam decisus, proponere, ubi quatuor isti significatus injuriæ a Triboniano & Ulpiano proposti concurrerunt, atque dictum jus Justinianum exinde illustrari poterit. Nimirum Titius Advocatus, patris sui pannificis hæres, pannos in hæreditate relictos cum eos commode in portionibus majoribus ( in ganzen Stücken ) vendere non posset, publice in loco publico eos frustratim per ultas ( Ellentweise ) vendere instituit. Societas pannicum illius loci id fieri in sui præjudicium, & ejusmodi venditionem repugnare statutis societatis suæ prætendens, sub & obreptitie impetravit rescriptum, in quo Titio venditio ejusmodi prohibebatur. Antequam vero id publicaretur, Titius protestatus est adversus querelas adversariorum, appellationem huic protestationi addens ad superiorem. Hac vero protestatione & appellatione non obstante, pannifices, & quidem autoritate & adjumento quorundam ex senatu illius loci ad id

deputatorum, audaciores facti, cum impetu, & quidem duabus vicibus iteratis omnes pannos ad venditionem in foro publico expoitos, Titio invito per vim maiorem abstulerunt. Eisi vero senatus prætenderet, illum deputationem non factam esse eum in finem, ut justitiae administratio impediretur, sed potius, ut tumultus populo reliquo, & amicis Titii forte metuendus præcveretur, si soli pannifices Titio pannos istos adimerent; is ipsa tamen ostendit, prætextum illum admodum frivolum suis-  
se, quapropter etiam & senatui & pannificib[us] mandatis judicialibus injunctum fuit, ut sub gravi pena pannos per illud spolium ademptos Titio restituere[nt]. Occur-  
runt igitur in hoc facto quatuor illi significatiis injuriis,  
de quibus Thesi præcedenti diximus. Nam (1) sine ju-  
re fiebat ista ademptio, cum prohibiti sub & obrepticie  
imperata fuisset, ac per interpositam appellationem ante  
eius publicationem nullas vires habere potuerit. Quin,  
etiamsi appellatio noui intervenisset, non umen poterant  
Pannifices autoritate propria sine via juris & processu le-  
gitimo Titio pannos publice expoitos adimere, cum  
neque rescriptum illis hanc potestatem concessit. Ut  
taceam, statuta pannificum non obligasse Titium, ut,  
qui non esset pannifex, sed pannos in rebus hæreditariis  
patris inveneras. Conjuncta porro erat hæc oblatio-  
cum contumelia Titii eaque gravissima; fiebat enim  
publice, & vi publica, detrahebatur multum per id fa-  
ctum opinioni de juris peritia Titii, vt qui ne quidem  
in propria causa remedia juris intelligeret, quibus con-  
servaret jus sibi competens, ac i. Clientulis suis redde-  
batur suspensus, tanquam homo juris ignarus. Concur-  
rebat tertio ingens damnum injuria daturum Titio per istum  
ablationem pannorum. Denique senatus, qui præsup-  
positis circumstantiis hactenus memoratis debebat Titium  
adversus violentiam illam pannificum tueri, & tamen per  
assimilatio-

assistentiam deputatorum suorum participem se faciebat  
violentiae publicae commissa, injuriam quarti significatus  
committebat. Quod erat demonstrandum.

## V.

Fit etiam injuria pictura. Ut ecce, curaverat sartor si-  
gnum forcipis, quod ædibus, quas inhabitat, publice affige-<sup>Causus actionis</sup>  
ret, a pictore coloribus more consueto pingi. Cum vero <sup>rum occasio-</sup>  
sartor desideraret a pictore, ut duos leones pingeret for-<sup>ne picturae</sup>  
cipem tenentes, pictor coloribus oleo tinctis pinxit duos  
capros forcipem tenentes. Ne tamen fraus adhibita statim  
sentiretur, super illos capros pinxit duos leones, sed co-  
loribus sola aqua præparatis sine oleo. Sartor nullam fra-  
udem suspicans, signum illud publice suspendit, atque ad-  
eo isti leones per aliquod tempus publice ab omnibus cor-  
specti sunt. Postea tempore nocturno magna pluvia orta  
leones illi cito disparuerunt, ac matutino tempore appa-  
ruerunt transmutati in capros. Quærebatur an pictor sar-  
tori teneretur injuriarum? Respondit Julianus, nullam  
rationem dubitandi subesse, cur non teneretur.

## VI.

Edidit Matthias Abele Metamorphosin telæ judicia <sup>Causus similitudinis</sup>  
riæ, in qua trecentos casus juridicos rariores proposuit,  
& methodo amoena resolvit. Liceat ex illis sequentem ad  
actionem injuriarum pertinentem hic repetere, addito ju-  
dicio meo. Michael Angelus pictor Romanus pinxerat  
extremum judicium, atque cum ex una parte tabulæ in in-  
ferno homines variorum statuum delineasset, inter aliós  
etiam Cardinalem quendam, qui tum temporis adhuc vi-  
tali fruebatur aura, ita vivis coloribus depinxerat, ut totus  
populus ejus effigiem agnosceret. Postulante vero Car-  
dinale, ut Papa Clemens VII. pictorem ob gravem inju-  
riam sibi illatam puniret, respondit Papa, se quidem posse

ex purgatorio, non vero ex inferno liberare, ex inferno  
 g.) Abele enim nullam dari redemptionem. g.) Pote rat hæc responsio  
 part. I. casu ut jocus ingeniosus Papæ tolerari. Sed quod Abele pro-  
 2. p. 9. seq. ponat eam tanquam sententiam judicialem juri confor-  
 mem, aliter sentio. Aperte enim hic committitur igno-  
 rantia elenchi. Non enim erat in quæstione, an Papa  
 posset ex inferno liberare, neque petierat Cardinalis, ut  
 eum ex inferno hoc liberaret, sed ut juberet, pictorem  
 picturam mutare, & ob injuriam illatam puniret eum. Er-  
 go sententia hæc erat ipso jure nulla, tanquam non con-  
 formis libello. Quod vero pro defendenda hæc senten-  
 tia autor citatus afferat dictum Poetæ:

Pictoribus atque Poetis.

Quilibet audendi semper fuit æqua potestas.  
 nihil ad rem facit. Neque enim is Poetæ sensus fuit un-  
 quam ut Pictores & Poetae habeant licentiam alios contu-  
 melia afficiendi. Ergo responderem, justum esse petitum  
 Cardinalis, & pictorem debere, non solum picturam illam  
 hactenus, quoad imaginem Cardinalis mutare, ut scandalum  
 populo datum tollatur, sed & ulterius graviori poena co-  
 erceri.

## VII.

*Adhuc aliud.*

b.) d. 1. ca-  
 su 3. [p. 12.]

Idem autor refert alium casum similem. h.) Conve-  
 nerat vir quidam honoratus cum pictore, ut ipsum depin-  
 geret, promissa certa mercede, si modo imago formam &  
 figuram faciei ejus exacte exprimeret. Postea poeniten-  
 tia ductus nolebat promissam mercedem solvere, excipi-  
 ens, quod imago ipsius faciem non ita repræsentaret, ut  
 ab aliis cognosci posset, esse hanc ejus imaginem. Pictor  
 nolens convenire alterum actione conducti, retinebat ima-  
 ginem, & appicitis tintinnabulis & cornibus, eam inter alias  
 picturas publice venalem exponebat. Conveniebatur  
 pro-

propterea ab altero actione injuriarum. Excipiebat reus, non exhibere eam picturam imaginem actoris, provocans ad ipsiusmet propriam confessionem, cum ob hanc causam ipsi noluisset solvere mercedem debitam. Pronunciatum fuisse refert Autor; tuendum esse reum in exercitio artis suæ, cum ipse mercedem debitam reo solvere noluisset, ipsius tamen arbitrio relinquī, an veller imaginem illam soluta mercede redimere. Non contentus reus hac intentia, petit insuper ultra conventam mercedem, ut i pro postea appictis tintinnabulis & cornibus adhuc aliquot florenos solveret actor, secundum quod petitum etian in sententia subsequente fuit pronunciatum. Non arbitror, sententias istas juri esse conformes, cum negari nequeat, pictorem in contumeliam actoris illa signa maxime injuriosa apposuisse. Adeoque potius condemnandus fuisset reus ad solvendam estimationem injuriarum, prævia moderatione, deducta tamen mercede, ipsi antea injuste denegata, & compensatis expensis. Quodsi vero pictor effigiem illam sine additis contumeliæ notis publice venalem proposuisset, non locum habuisset actio injuriarum. Ita memini in facto contigisse, ut alias quidam vir honoratus, deformi facie prædictus, quam debito modo sine adulazione pictoribus consueta, ad vivum expresserat pictor, mercedem huic promissam solvere nolle, simili precedenti exceptione utens. Cum autem pictor hanc imaginem in taberna sua publice venalem exponeret, & fieret consursus populi in taberna, cupientis videre hanc picturam, cogebantur amici & cognati viri illius honorati ad tollendum ludibrium carius redimere imaginem, quam antea conventum erat, atque hoc in casu non injuste fecisse pictorem assero.

## IIX.

Barba yiros hirtæque decent in corpore setæ.

Ita *An hodie ob  
jam barbam ra-*

## THESES INAUGURALES

8

sam vel ex-jam olim cecinit Ovidius, i) & ab antiquissimis temporibus pro gravi injuria fuit habitum, si quis viro invito barbam quocunque modo auferret, vel minueret. Habenuntur actio in-juriarum.  
 i) Meta-morph lib. non solum exemplum in historia sacra, k) sed & in Constitutione Friderici Imperatoris de pace tenenda l) non pro levi sed majori & graviore injuria estimatur, si quis alterius  
 13. k) 2. Sam. crines aut barbam expilasset, quam si pugno vel minu eum  
 10. l) 2. F. 27. percussisset, & Baldus docuit m) barbam esse membrum  
 Vers. si quis hominis, atque ob id incidentem barbam eadem teneri aliquem ce-poenam, qua plecti solet, qui membrum alicui oscidit. n)  
 perit. At istud hodie, inquit B. Beierus o) propter objecti defes-  
 m) in L. re- os C. de ac- ctim cessat. Nemo enim nostra etate haec superpondia  
 cus. amplius alit, suive, aut aliorum autoritatem irde metitur.  
 n) vid. obs. Ita quidem est, si viros in dignitate positos apud nos con-select. Ha-  
 sideres, de quibus maxime loquitur Beierus. Adeoque  
 leni. T. X. certum est, casus injuriarum ob barbam praesciam vel ex-  
 ob. 4. §. 4. &c pilatam rarissime apud nos contingere. Interim tamen  
 ibi citat. conf. Abele nullum est dubium, quin dentur hodie inter personas in  
 d. Part. I. dignitate non constitutas, neque tamen propterea ubique  
 eas 66. vilioris conditionis non pauci, qui barbas alunt, imo etiam  
 o) ad ff. h. viri honorati retinuerunt barbae veteris reliquias quasdam,  
 t. n. 6. aut, si malis, signa, ideoque nullum etiam est dubium, quod  
 hodie actio injuriarum ob barbam tonsam vel expilatam  
 plane cessare dici nequeat.

## IX.

Osculum regulariter signum amicitiae est, & amoris,  
 an & quaten- uti tamen ad amorem & amicitiam nemo cogitur, & bene-  
 nas ob oscu- lum datur a- ficum etiam non datur invito, ita non sine ratione re-  
 dio iuriaria- sponderunt Jcti celeberrimi in Germania, ob osculum  
 rum. invitae virginis a juvne datum locum habere actionem in-  
 juriarum, quia scilicet tale osculum tendat in ipsius con-  
 p) Dn. Pres. tumeliam, & attentet ejus pudicitiam. p) Sed quod hanc  
 ad Strauch. rationem attinet, non mirandum, quod eam non gu-  
 p. 218. seq. stent

DE ACTIONE INJURIARUM.

9

stent omnium populorum mores, nec omni tempore. Conf. Beye.  
Apud quosdam populos v. g. Italos sexus fœmineus ob ze- rum ad ff. de  
lotypiam nationis non habet conversationem liberam cum extraord.  
personis sexus masculini, sed valde & nimis, quamvis fru- crim post  
stra, restrictam. Apud hos non potest non osculum in- post. 10.  
vitæ virginis illatum pro injuria gravi haberi, & attentatio-  
ne pudicitiae. Contra apud Gallos, Belgasque, in alterum  
extremum inclinantes non solum liberior, sed & quando-  
que nimis libera conversatio personarum diversi sexus est  
in usu, & oscula personarum diversi sexus in conversa-  
tione publica magis pro signis familiaritatis aut honoris,  
aut lusu, quam pro injuria aut attentatione pudicitiae ha-  
bentur. Ante annos 60. quorsum pertinent responsa JCto-  
rum modo memorata, patrum nostrorum mores magis  
accedunt ad mores Gallorum, & Belgarum. Ergo non mi-  
randum etiam, quod tum temporis ob osculum invitæ vir-  
gini datum JCTi responderint juvenem teneri actione inju-  
riarum, hodie vero talia responsa non apparent, neque  
etiam exemplum occurrat actionis injuriarum ob osculum  
institutæ, sive quod casus raro dentur, ubi virginis invitæ  
osculum datum fuerit in publica conversatione, cum fere  
talis resistentia magis habeatur pro rusticitate, sive, etiamsi  
invitæ detur osculum, id tamen apud nos neque pro con-  
tumelia habeatur, neque pro attentatione pudicitiae. Jam  
non disputo, quinam mores, ex his diversis Germanorum  
moribus, sint præferendi. Poterit tamen pro hodiernis  
moribus afferri ex ipsis legibus Romanis, quod, et si apud  
eos prohibita fuerit adsecatio & appellatio honestarum  
fœminarum, hoc est frequens tacita sequela, aut atten-  
tatio pudicitiae per sermonem, ipsius etiam senten-  
tiam sic explicuerint, non omnem, qui affectatus est, nec  
omnem, qui appellavit, edicto conveniri posse, neque si  
quis colludendi, si quis officii honeste faciendi gratia id fa-  
ciat, in Edictum incidere, sed qui contra bonos mores

B

hoc

p) l. 15. §. 22.  
23. de in-  
jurii.  
q) d. l. 15.  
§. 6.

hoc faciat. p) Contra bonos mores autem fecisse dice-  
batur, (& recte,) qui fecerat contra bonos mores suæ ci-  
vicitatis. q) Ut taceam, osculum invitæ virginis a juventu-  
te datum, postea etiam non ex animo contumelioso datum fu-  
isse, sed ex nimio excessu amoris, ob quem sæpius aman-  
tes quidvis pati vel facere non recusat, modo voto suo  
potiantur, quare cum ebrietate aut furore interdum con-  
terri solet, & eam ob causam pragmatici adolescentem  
excusant, qui in via publica pueræ obvia amore incensus  
osculum figit. r) Pertinet etiam hoc exemplum Pisistrati,  
Atheniensium tyranni, qui cum adolescens quidam, amo-  
re filiæ ejus virginis accensus in publico obviam sibi fa-  
ctam osculatus esset, hortante uxore ut ab eo capitale sup-  
plicium sumeret, respondit: si eos, qui nos amant, inter-  
ficiunt, quid his faciemus, quibus odio sumus? s) Quod-  
si tamen indicia contumeliae adsint, v. g. si vilis persona  
fœminam honestam invitam in publico osculetur, aut et-  
iam contumeliae facienda causa ab aliis impulsus vel iussus  
id faciat, nullum est dubium, quin tum & hodienum actio-  
injuriarum apud Germanos locum habitura sit.

## X.

*Actio de in-  
juria scripta  
quando pra-  
scribatur?  
Rationes.  
quod hac a-  
ctio sit per-  
petua.  
1) De cri-  
minibus ad  
Lib. 47. tit.  
4. c. 1. n. 18.  
p. 157. ubi  
etiam citat  
autores hu-  
jus senten-  
tiae.*

Valde dissentunt Dd. utrum actio de injuria scripta  
anno præscribatur, an sit perpetua. Non pauci Jcti ce-  
lebres posterius affirmant, eaque sententia etiam in Came-  
ra est recepta, quia videlicet scriptura semper loquitur.  
Et si vero hanc rationem valde irrideat Antonius Matthæi:  
eamque absurdam vocet, ac vix mediocribus Jctis dignam,  
quia convitia etiam ubi in vulgus exeunt, in animis homi-  
num semper loquantur, secundum vulgatum, calumniare  
audacter, semper aliquid hæret, adeoque ipse Matthæi ali-  
am rationem pro hac sententia substituat, quod tanta sit  
magnitudo injuriæ scriptæ, ut propterea publico judicio  
atque capitali eam vindicari voluerint Imperatores: u)  
non desunt tamen, quæ pro doctrina illa salvanda afferri  
pos-

z) L. un. C. de famos. libellis.

possunt. Etsi enim Doctores hujus sententiæ nec ipsi in principiis ubique videantur convenire, eo tamen si non omnes, certe plerique, qui ea ratione, quod scriptura semper loquatur, vñi sunt, videntur respexisse. Distinxerunt initio inter injurias reales & verbales. Reales, quæ factio inferuntur, putarunt præscribi triginta annis, verbales anno. w) Quæsitum autem jam fuit, utrum injuria <sup>w)</sup> arg. I. §. scripta ad verba, an ad facta sit referenda. In conventu C. de injuriis equidem consensu dicitur declarari vel expresse per L. 5. princ. verba, sive ora prolata, sive scripta, vel tacite per facta. & L. 15. §. 2. Atque adeo hic nullum est dubium, quin verba scripta fa- ff. cod. Etsi opponantur. Non tamen hæc opositio est perpetua. Ecce enim in doctrina de verborum obligationibus nullum est dubium verba scripta non habere effectum stipulationis, nec adeo verborum obligationem producere. Putarunt ergo Doctores, etiam in materia injuriarum intuicu præscriptionis literas injuriosas magis ad facta, quam ad verba pertinere, rationem videlicet, cur injuriae verbalis actio anno, realis tricennio præscribatur, in eo quærentes, quod injuriae verbales non ita firmiter infigantur animo injuriati, ut reales, atque adeo studium vindictæ etiam in verbalibus citius pereat, quam in realibus. Hoc vero supposito non potuerunt non existimare, eo intuitu injurias scriptas magis ad reales, quam verbales injurias esse referendas, quia secundum vulgatum versiculum vox audita perit, litera scripta manet, idque videntur innuere voluisse per illam rationem, quod scriptura semper loquatur, quæ si hoc modo exponatur, sua sponte corruunt objectiones Antonii Matthæi, quibus illam rationem ridiculam reddere voluit. Accedit, quod ratio. quam ipse Matthæi pro fortiore habet, ideo non videatur multum differre, quia videlicet non omnis injuria scripta est libellus famosus, adeoque ab hoc ad illam infirma est consequentia.

## XI.

Sunt tamen & alii, qui contra sentiunt, injurias scriptas, quæ scilicet in crimen libelli famosi non incident, anno præscribi, quæ sententia Constitutione Saxonica est confirmata x) ad quem etiam inclinare videtur ipse Antonius Matthæi. y) Atque hæc sententia est etiam doctrinæ Carpz. def. i. juris Romani magis conformis. Datur enim actio æstimativa & in toria à Prætore z) introducta, non solum occasione confin. p. 158. vitii & injuriæ verbalis, sed etiam in casu injuriarum rea-  
seq. de injur. lium minornm, quæ lege Cornelia non notantur, a) qualia  
a) L. 5. pr. ff. facta varia recensentur in pandectis, & inter ea etiam refertur injuria scripta. b) Actio igitur æstimatoria in genere  
b) d. L. 15. §. tanquam prætoria penalis anno præscribitur c) & ita etiam  
27. & 29. est intelligendum, quod Imperator Diocletianus dixit, in-  
c) L. 35. de O. juriarum actionem annuo tempore præscribi, quamvis ca-  
& A. Schüz in comp. fuis ibi propositus loquatur de convitio. d) Hoc vero præ-  
pand. de in- supposito facile responderi potest ad rationes dissentienti-  
jur. in con- tium, ut quæ falso præsupponit, actionem quamcunque,  
trariis. etiam Prætoriam, de injuriis realibus esse perpetuam, cum  
a) L. 5. C. de id procedat saltē de actione ob injurias reales ex lege Cor-  
Injuriis ibi- nelia, quia tum cessat ratio allata de actionibus prætoriis.  
que Brun- nem.

## XII.

Generaliter vetuit Prætor, quid ad infamiam alicujus fieri. Proinde quodcumque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit Actio injuriarum e) unde si quis non debitorem quasi debitorem appellaverit, injuriæ facienda causa, injuriarum tenetur. f) Ita memini in factio contigisse, ut in urbe vicina famulus mercatoris cuiusdam ta-  
bernam alterius mercatoris, ante tabernam stantis, & cum alio colloquentis, præteriret, & in publica platea crepitum ventris emittebat. Hoc aliter in sui contumeliam factum esse credens, dominum famuli. quem ob alias etiam ratios sibi inimicum esse putabat, & cuius jussu hanc contumeliam a famulo factam esse sibi persuadebat, conveniebat actione

Verius, eam  
esse anna-  
tem.

x) Part. 4.  
const. 46.  
ubi yide  
Carpz. def. i.  
y) d. n. 13. in toria à Prætore z)  
introductione  
p. 158.

Actio inju-  
riarum ob-  
crepitum  
ventris.  
e) d. l. 15. §.  
27.  
f) d. l. 15. §.  
33.

actione injuriarum aestimatoria. Cum vero reus, ut facile conjici potest, multis exceptionibus, qua dilatoriis qua peremptoriis uteretur, processus iste eum tanto fervore utriusque partis per multos annos continuatus, & variis remediis appellationis non una vice adhibitis ad majora & summa provinciae tribunalia protractus, & adeo non indignus fuit habitus, ut viri graves & prudentes, majorum, & sumorum tribunalium praesides & assessores, omnes, & vel minimas circumstantias, crepitum istum vel antecedentes, vel concomitantes, vel consequentes cum distinctione, & indicio expenderent, ne videlicet injustam sententiam pronunciarent. Vides simul, nullum canonem aut proverbium esse sine exceptione. Dixi supra: Vox audita perit, etiam articulata, haec inarticulata ope hujus processus per decennium & ultra in animis & memoria partium, advocateorum, judicium, & horum, cum quibus illi ea de re locuti sunt, id est, tantum non totius populi, continuata fuit. An recte? Distinguo. Ex parte actoris non prudenter, nec generose, aut christiane, juste tamen: Ex parte judicum, tam inferiorum, quam superiorum (si modo ipsis extra circumstantias haec tenus narratas aliud nihil imputari possit,) juste, nec imprudenter, nec contra regulas Christianismi.

## XIII.

Facile praevideo, multos viros eruditos, celebres ac honestos, talem responsonem a me hanc quam excepisse, vel certe obscuritatis & tacite contradictionis eam accusaturos esse. Scilicet: repugnare actionem Injuriarum totam, quanta quanta est, Christianismo, quia ad vindictam tendat, adeoque omnem actorem, qui actione injuriarum utatur, graviter peccare contra regulas Christianismi, peccare contra eas advocatos, quia actoribus in re illicita assistunt, peccare judices, qui in hisce negotiis antichristianis pronunciant, cum potius deberent talia acta dentibus lacerare, quod alias Jcti de libello inepto judeci

dici consulunt. Agnoscere me ipsum ex parte hanc doctrinam, adeoque recte statuere actorem in dicto casu nec prudenter nec generose, nec christiane egisse; & tamen statim addere, quod juste fecerit, quod non nisi impertinenter dictum esse possit. Quomodo enim id justum esse possit, quod stultum & non christianum est. Majori adhuc scandalum occasionem praebere, quod dixerim, judices, ne quidem contra regulas Christianissimi fecisse, cum tamen actorem haud christiane egisse faslus fuerim. Si ipsorum res arbitrii esset, ipsos velle & judices, & partes & advocatos pronunciare reos æternæ damnationis, & me etiam cum ipsis in æternum excommunicare. Surrecturos esse aliquando in die extrema JCtos Ethnicos & damnatorios hanc generationem. Convenienter cum Christi regulis doctrise Papinianum, quod, quæ facta lèdant pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & ut generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum sit g). Non solum crepitum ventris lèdere verecundiam, sed etiam verecundiæ, non dicam Christianæ, sed saltem Ethnicæ adversum esse, hunc crepitum per actionem injuriarum, & per appellations exponere sensibus tot virorum gravium, ab his inverecundiam istam non prohiberi, sed quasi soveri potius, & me hæc omnia vocare pia, christiana, justa? Quam unquam maiorem animo concipi posse impudentiam! Gemere Ecclesiam sub talibus doctrinis, nec ante sperandam esse felicitatem temporum, nisi principes Christiani partes, & judices, advocatos, professores, candidatos, talia agentes, vel defendantes ex provinciis suis ejificant &c. Vides gravem esse atque ex pio, ut loqui solent dissentientes, affectu ortam, eoque repletam objectionem, adeoque nequaquam a me sine responsione, sed placida dimittendam.

Sententia di-  
singueno-  
tium.

## XIV.

Dico placida. Ante omnia enim cavenda sunt stu-  
dio-

dioso sapientiae doctrinæ, affectu etiam zeli divini inflatæ,  
 quia, docente servatore, etiam sub larva zeli pii sàpe latet  
*hypocrisis h).* Igitur sententia dissentientium vel ideo <sup>a)</sup> Joh.XVI.  
 suspecta esse jure merito debet, quia ubique affectum spi-<sup>b)</sup> Matth.  
 rat. Affectus autem rationem non sequitur ducem, sed XXIII. 15.  
 confundit ubique res diversissimas & distinctissimas. Sco-  
 pus propositi mei haud patitur, ut prolixe ostendam eam  
 confusionem. Postularet enim hoc negotium integrum  
 & prolixiorum dissertationem, quam sunt omnes theses  
 meæ inaugurales. Igitur rem in summam contraham, per-  
 spicuum tamen, ut puto, & evidentem illis, qui præjudicio  
 autoritatis & præcipitantz vacui sunt. Quæstio primaria  
 est: an actio injuriarum conveniat cum Christianismo, an  
 eidem repugnet? Dignam judicavit hanc quæstionem  
 Georg. Beyerus, de qua paulo fusijs mentem suam expli-  
 caret, eo inclinantem, ut ostendat posterius ita sim-  
 pliciter haud quamquam esse affirmandum. <sup>c)</sup> Nolo ab eo <sup>d)</sup> ad tit.  
 dicti repeteret, aut exscribere, operam potius dabo, ut pandeat, de  
 etiam ipsis doctrinæ lux aliqua a me accendatur. Initio <sup>e)</sup> injuriis ini-  
 sic tenendum. Multum differre justitiam a reliquis vitiis, <sup>f)</sup> seq.  
 Saltem hic per exempla mentem declarabo. Qui rem su-  
 am sine causa destruit, & corruptit, qui officia humanita-  
 tis aut beneficia non exhibit, aut qui ea morose præstat,  
 non prudenter agit, non virtuose, sed tamen non injuste,  
 etiam ex Christi doctrina. <sup>g)</sup> Ad justitiam aliquis cogi <sup>h)</sup> Matt.  
 potest, & ob injustitiam in civitate puniri, reliquæ virtu-<sup>i)</sup> 10. v. 13.  
 tes coactionem respuant, & regulariter vitia iis opposita  
 penitus civilibus non coerceri solent, nec commode pos-  
 sunt. Qui coacte liberalis, temperans, humanus, magnan-  
 imus, modestus mansuetus, placidus, patiens est, revera-  
 tatis non est, sed liberalitatem & reliquas modo memora-  
 tas virtutes mentitur. Peccat utique avarus, intempe-  
 rans, inhumanus, immisericors, sed nisi hæc vitia turbent  
 quietem publicam eminenter, nisi lèdant jura concivium,  
 nec

nec punitur, nec puniri potest. Princeps in republica constitutus est primario, ut justitia administretur correctione hominum injistorum, & ut exemplo suo praeat etiam subditis in via virtutis, sed absque legibus penalibus, ut que Doctores virtutis & justitiae constituat. Doctorum est, ratione, doctrina, adhortationibus, exemplo adducere cives ad studium & praxin virtutum omnium. Qui leges ferre, qui principem, judicess, alios Doctores ab ipsis dissentientes excommunicare, & e republica ejicere volunt, sunt ex schola pharisaeorum, & Doctorum falsorum. Judices sunt ministri principis, etiam, qui in judiciis supremis judicum personas sustinent. Hi vi sui officii obstricti sunt, ut suas sententias ferant, secundum jura præscripta & consuetudines vim legum habentes, etiamsi istæ leges aut consuetudines ex regulis prudentiae legislatoriæ emanationem mereantur. Cavendum ergo etiam judicibus, ne sub specie æquitatis cerebrinæ, aut etiam Christianismi, leges corrigant, & sic temerario, imo nefario ausu regale potestatis legislatoriæ sibi vindicent. Christianismus & summum studium virtutum omnium, non solius justitiae sed maxime reliquarum, quæ coactionem respuant, & penas non admittunt. Summa perfectio in hoc mundo obtineri nequit, etiam inter eos, qui Christiani vocantur. Punit ergo & Princeps Christianus injustos, reliquos vitiosos fert, tolerat, & stultitiam illorum cum plane expellere non possit, legibus temperat, atque iis, ne nimis evagari possit, limites præscribit. Sed hæc limitum præscriptione non pertinet ad judices, quia est adjunctum potestatis legislatoriæ. Summa prudentia est, posse ferre stultos, et si nec hoc præceptum plaeat illis, qui doctrina falsæ sapientiae infecti sunt. Doctor juris diligenter inculcat(ut & ego statim ab initio ex parte feci) actiones injuriarum non esse opera prudentiae, tantum abest ut Christianismi, qui prudentia est in eminenti gradu. Idem tamen si simul

DE ACTIONE INJURIARUM.

17

mul judex est , aut assessor collegii Juridici eadem forte ho-  
ra , qua istam doctrinam serio inculcavit , consulenti (& ei-  
dem illi , aut similia , qui occasionem dedit huic observatio-  
ni) respondet . Und send ihr Cajum wegen des euch zugesagten  
Schimpffs , daferne ihr ihn Anspruchs zu erlassen nicht gemeinet ,  
iuriarum zu belangen wohl befugt . V. R. W. Idem acta de  
actione iuriarum , etiam imprudentissime & parum chri-  
stiane instituta , referens , votum suum secundum regulas  
justitiae profert , aut si judex sit , exequitur . Videt  
summam sapientiam , & quæ nihil indulgere vult stultis , es-  
se summam stultitiam . Videt - - Plura enim jam dixi ad  
salvandum judicium meum supra datum , quam forte opus  
est , apud prudentes .

XV.

Nequaquam ergo diffiteor , sed potius ambabus lar-  
gor manibus , multa exempla occurtere , & allegari posse ,  
evidenter probantia , homines sœpe abuti processibus injuri-  
arum , sive fundamentum actionis , sive media , & proce-  
sum respicias , largior etiam caussam illorum abusuum non  
solum reis , quorum est fugere , aut auctoribus , qui ob levissi-  
mam rem & a parum prudente etiam facile contemnen-  
dam , gravissimas actiones instituunt , sed & Advocatis , &  
Judicibus esse adscribendam , qui etiam in processu supra  
memorato de re non bene orente , lucri , quod inde percipi-  
piunt , cum Vespasiano bonum odorem esse sibi gratulan-  
tur , & in sinu gaudent . Postem , si temporis & chartæ ra-  
tio id permitteret , exempla non pauca afferre a me ipso ,  
dum in praxi hactenus versor , observata . Ob quam & ego  
& mecum alii multi boni optarunt , ut abusus illi , secun-  
dum modo asserta in thesi præcedenti per prudentiam le-  
gislatoriam coercentur , ac ipsis justi limites ponantur .  
Hoc vero meo quidem judicio commodius fieri nequit ,  
quam ut actiones omnes iuriarum ita tollantur , ut cum  
ad pœnam tendant injuriantium , cura hujus pœnæ & de-  
terminatio relinquatur officio magistratus , ita tamen , ut in-

C

iu-

juriatis salva maneat potestas, si magistratus ipsis justitiam administrare deneget, ea de re conquerendi coram principe. Ita enim coercentur injuriantes, & lēsis pro natura negotii satisficeret, & non solum abusus actionis injuriarum hactenus memorati tollerentur, sed etiam uno quasi iētu inutiles redderentur plerque, si non omnes quæstiones, ad processum actionis injuriarum pertinentes, in quarum decisione mirum in modum variant, & dissentient inter se Doctores, & Collegia JCtorum, atque adeo etiam ipsa praxis per hanc dissensionem redditur incerta, & abusus processus in actione injuriarum augetur.

## XVI.

*Praxis hu-  
jusmedii  
ejusque  
exempla.*

Imo expertus loquor, cum hactenus multoties observaverim, quam valide occasiones abutendi processibus injuriarum sublate sint, postquam potentissimus Rex Poloniarum, & Elector Saxoniz, Dominus meus longe Clementissimus, in mandato contravindictam privatam, turbationes pacis, & duella sub dato Cracoviæ die 15. Aprilis 1706. modum præscripsit, secundum quem magistratus & judices injurias tam verbales, quam reales severissime coercere ac punire debeant. Ita enim mox effectum fuit, ut cœstantibus actionibus injuriarum lēsis longe celeriori modo, quam hactenus mediantibus illis actionibus obtineri potuit, & absque tanta pecuniæ summa ab actoribus sèpissime frustra impensa satisficeret. Inprimis cum in mandato renovato, quod jam non est ad manus (sed quod, quantum recordor, fere cum mandato Borussico, de quo statim, convenit,) actiones injuriarum tam æstimatoria, quam ad palinodiam plane fuerint sublatæ. Idem medium jam ante plures annos in Ducatu hoc Magdeburgico tentatum fuisse perspicio, quamvis non omni modo perfectum fuerit.

*N. 50. § 7.* Disponit enim ordinatio processus anno 1686. publicata, (ut imposterum judices omnes injuriantes, calumniantes, & diffamantes, etiam sine denunciatione præcedente punire, & super factu inquirere, si vero denunciatio præces- ferit,

serit, etiam de satisfactione læsi solliciti esse debeant. Quæ dilpositio paulo post in ordinatione Politica Ducatus ejusdem anno 1688. confirmata quidem fuit, sed cum addita hac declaratione<sup>m)</sup> ut is, qui injuriam vel calumniam ad <sup>m)</sup> cap. 76.  
inquisitionem denunciare cupiat, intra annum id facere  
debeat, quemadmodum intra idem tempus alias actionem  
injuriarum tam in realibus, quam verbalibus injuriis, a  
tempore scientiæ instituere deberet, interim tamen in-  
quisitionem institui non debere, nisi denuncians simul in-  
dicia sufficientia suppeditaret, quomodo injurians de inju-  
riis iilatis convinci possit. Postea anno 1696. in revisa &  
emendata ordinatione processus hæc ita emendata sunt:  
<sup>n)</sup> In injuriis verbalibus ex calore aut præcipitantia evo-<sup>n) c. 50. §. 2.</sup>  
mitis, aut etiam in injuriis minoribus realibus judicem sum-  
marie debere procedere &c. in injuriis vero atrocioribus  
cum deliberato animo factis, quæq; magnum injuriato præ-  
judicium facere possunt, si res inter partes amica composi-  
tione tolli nequeat, & actor palinodiam, vel majorem car-  
cere multam a judice petat, vel injuriam ad inquisitionem  
denunciet, non debere actori denegari viam juris ordina-  
riam, vel inquisitionem etiam debere institui, & simul in-  
teresse privatum actoris observari. Æstimatoriam vero  
injuriarum actionem plane abrogari ac prohiberi. Vides  
adeo hoc pacto malum, & abusum ex actionibus injuriarum  
meruendum ex parte saltem, non plene ita fuisse sublatum.  
Tandem videlicet anno 1713. Potentissimus Rex Borussiæ,  
& Elector Brandenburgicus in mandato declarato ac reno-  
vato contra vindictam privatam, injurias, turbationes pa-  
cis, & duella sub dato Berolini d. 28. Junii ad tollendos ple-  
ne abusus hactenus memoratos sapientissime constituit  
<sup>o)</sup> ut in posterum omnes solennes formulæ actionum in ju-<sup>o) artic. XL.</sup>  
re alias permisarum, sive æstimatoriz, sive ad Palinodiam,  
sive quarumcunq; aliarum, in causis injuriarum, ut & hacte-  
nus certo modo permisum remedium retorsionis, utpote  
in quo plerumque excessus committantur, & sæpius per

illud occasiones ad majorem excandescientiam & actiones suppeditentur, quam ut id actiones injuriarum præscindat, quodque insuper etiam autoritati officii magistratus adversus sit, & cum regulis Christianismi nullo modo consistere queat, penitus cessare debeant, & potius post denunciacionem injuriati cum narratione circumstantiarum necessariarum, & suppeditatione mediorum probandi, ac denominatione testium idoneorum faciendam Judex obligatus sit, summarie & sine omni strepitu procedere, atque reum ad declarationem & deprecationem, vel etiam secundum variationem circumstantiarum ad recantationem, ac ad restitutionem impensarum condemnare, addita etiam alia graviori poena intuitu interesse publici.

## XVII.

*Jura communia bodi-  
erna Imperii Germanici circa actiones injuria-  
rum.*

p) Part. 2.  
Tit. 28. §. 4.

¶ §. 108.

Atque hæc exempla maxime laudabilia si imitentur etiam alii Principes, & Status imperii, nullum est dubium, quin imposterum omnes querelæ de abusibus actionis injuriarum in Germanica cessaturæ sint. Docent equidem recessus imperii, quod in ordinatione Cameralis judicij de anno 1555, constitutum sit in actionibus injuriarum æstimatoris, si æstimatio intra 50. florenos facta fuerit appellations in Camera non debeant admitti. Sed cum tamen ibidem p) permittatur admissio appellationum in actione æstimatoria 50. florenos excedente, & in genere in quacunque actione ad palinodiam, facile patet, hoc quidem modo parum profectum esse in tollendis abusibus actionis injuriarum. Postea in recessu Augustano de anno 1566. q) constitutum est, ut in verbalibus injuriis, ex calore aut præcipitantia provenientibus, vel etiam injuriis realibus leviorius judex Cameræ post propositam actionem & factam rei responsionem extra processum judiciale ex officio inquire, & secundum circumstantias facti & personarum injuriantem carcere vel mulcta pecuniaria punire debeat, ita, ut injuriæ prolatæ neque actori neque reo præjudicium aliquod in eorum fama facere debeat.

beant. Sed in atrocioribus injuriis ex proposito & animo deliberato ortis, & magnum damnum injuria-to creantibus, si partes non possint amicabili compositione conciliari, & actor administrationem justitiae sit desideraturus ut ipsi hæc nequaquam denegetur. Apparet ex dictis, emendatam ordinationem processus Magdeburgici modo memoratam in paragraphe præcedente, magnam partem ex hoc Rec. Augustano de sumtam esse, ipsam vero actionem injuriarum æstimatoriam & ad palinodiam per has constitutiones Imperiales in Germaniam non quidem fuisse introductas, sed tamen valde stabilitas, de quarum adeo origine in Germania, cum id videam negligi communiter a JCtis, non injucundum erit quædam observare.

## XIX.

Jam olim apud Francos receptum fuit, ut injuriæ <sup>Jura anti-</sup>  
tam reales quam verbales non relinquenter vindicande <sup>qua Germania.</sup>  
injuriatis secundum æstimationem ab ipsis instituendam, abrogatio <sup>&</sup>  
verum singulis injuriis tam realibus, quam verbalibus cer- <sup>receptio a-</sup>  
ta poena pecuniaria (ut videtur, non actori, sed judicio <sup>ctionis esti-</sup>  
solvenda) dictata fuit<sup>r</sup>) v. g. si concacatum quis vocaverit <sup>matorie.</sup>  
alterum, aut vulpeculam, ttibus solidis, si leporem sex fo- <sup>r) vide L. fa-</sup>  
lidis<sup>s</sup> si mulierem meretricem dixerit, quadraginta quin- <sup>licam tit. 31.</sup>  
que solidis<sup>t</sup> punitus fuit. Imo si mulierem ingenuam<sup>u)</sup> tit. 32.  
quis striam aut metricem dixerit, centum octuaginta sep- <sup>§. 2. 3. 4.</sup>  
tem solidorum multa ipsi dictata est.<sup>u)</sup> Atque hi mores <sup>2) ibid. §. 5.</sup>  
continuati fuerunt successu temporis etiam apud Germa- <sup>u) ibid. tit.</sup>  
nos, nimirum, quod nunquam injuriatus pro lubitu inju- <sup>67. §. 2,</sup>  
riam æstimaverit, sed in eo tamen aliquid fuit mutatum,  
quod scilicet diversi gradus mulierarum non amplius respe-  
xerint tantum ad variationem & diversitatem injuriarum,  
sed etiam ad diversitatem status personarum, tam earum  
quæ injuriam passæ sunt, quam judicum. Ita v. g. qui inju-  
ria alterum afficerat, injuriato solvebat<sup>zo</sup>. solidos, si hono-  
rarioris conditionis esset, vilioribus & fœminis<sup>15</sup>, solidos,

w) Jus pro insuper vero judici octo solidos in urbe, tres in pago w)  
vinclal. Sa- Porro docent sententiæ Scabinorum Magdeburgensium,  
xon. libr. I. art. 68. & ibi quæ leguntur post Speculum Saxonum Zobelli x) quod  
gloss. & libr. isti mores veteres diu etiam post jam receptas academias in  
z. art. 45. Germaniam fuerint continuati, ubi refertur, quod is, qui  
vid. latius in juriis verbalibus læsus sit, possit agere vel criminaliter,  
Georg. Schulz Syn. non tamen ad poenam corporis afflictivam, sed ad mulctam  
opf. instic. pecuniariam fisco inferendam, pro diversitate loci & inju-  
ad h. t. lit. d. riatæ personæ à judice determinandam; vel civiliter ad  
\*) p.m. 185. mulctam triginta solidorum reo & quidem toties solven-  
seq. dam, quories reus injurias repetiisset. Dicitur etiam,  
quod injuriarum condemnatus fiat infamis, nisi per pro-  
curatorem egerit, & sententia in procuratorem lata fue-  
rit, aut nisi ab initio statim in judicio injurias confessus fue-  
rit, addens, eas ex commoto & indeliberato animo pro-  
fessas esse, & se declarans, quod q̄atatus sit ea propter &  
judici & patri mulctam consuetam solvere, simul illam sum-  
mam judicialiter deposuerit, modo sententia condemnata  
postea non fuerit lata, sed actor & judex ita acquie-  
rint. Quod si injuria verbali plures personæ læse fuissent,  
y. g. si quis dixisset, nullam honestam fœminam aut virgi-  
nem in aliquo loco esse, damnabatur reus, ut singulis mul-  
ctam consuetam, id est 15. solidos solveret. Fœminæ in-  
juriantes saltem dimidiā mulctam solvabant reo, quia  
ipsa injuriatæ etiam saltem dimidiā mulctam accipie-  
bant, Imo ex sententiis collegiorum Saxonorum 4.  
Part. 4. Georgio Beato collectis y) constat, circa medium seculi 16,  
de delictis tit. 30. de adhuc secundum haec tenus dicta fuisse pronunciatum, at-  
injuris p. que adeo illo tempore actionem æstimatoriam nondum in  
279, seq. Saxoniam fuisse in viridi observantia. Imo videntur Scabi-  
ni Lipsienses usque ad constitutiones Augusti tenacius in-  
hæsse moribus Germanicis, ut facile ex consultationibus  
vid. Tom. II. Part. IV. constitutionum Saxoniarum patet, z) Donec Elector  
q. 62, p. 211. Augustus actionem veterem injuriarum dilerte abrogaret.  
Et.

a) Etsi enim in receptione novæ actionis sola actionis ad a) Parte 4;  
 Palinodiam mentionem faciat, & ratio Carpzovii b) quod const. 42.  
 lex correctoria reducens nos ad jus commune antiquum b) Part. 2.  
 censeatur omnes istius juris declarationes & extensiones p. 95, n. 4.  
 recepisse, parum quadret ad rem præsentem, nullum ta-  
 men est dubium Scabinos etiam ab illo tempore actionem  
 æstimatoriam admisisse, ut docent à Carpzvio adducta. c) c) ibid. n. 9.  
 Extra Saxoniam vero actionem æstimatoriam citius esse in  
 imperio in foris receptam patet ex ordinat. Camerali 1521,  
 ubi ejus in titulo 24. jam fit mentio.

XIX. Unde vero orta est actio ad Palinodiam, & qua occa-  
 sione Germaniam intravit. Sane Romanis ea non fuit co-  
 gnita, multo minus de ea aliquid legitur injure provinciali  
 Saxonico, imo sententiæ Scabinorum apud Beatum d) ratione fusa  
 imo dictæ consultationes constitutionum Saxoniarum e) rit in Ger-  
 satis perspicue testantur, juribus Saxoniciis (id est Germa- maniam in-  
 nicis, nam in speculo Saxonico collecti sunt mores com- tructa.  
 munes Germaniæ) ad sua usque tempora in Saxonia actic- d) Modo ci-  
 nem ad palinodiam fuisse rejectam ut ineptam. Unde val- tata parte 4.  
 de miror, virum juris patrii alias callentissimum Joh. 280. verbis  
 Schilterum f) de actione ad Palinodiam ita sensisse, quod einigen Wiss  
 ea quidem ex jure scripto (id est speculo Saxonico) ostendi derspruch  
 nequeat, moribus tamen introducta & longo usu sed con- juthun  
 firmata postea fuerit ordinatione Camerali ff) & constit. pflichtet. i-  
 Saxonica. g) Quomodo enim actio ad palinodiam longo tem p. 282.  
 usu, adscribi poterit, cum eam ignorent omnes historiæ verbis: und  
 Germaniæ, & adeo eam tanquam usui recepto adversam darf die  
 recipere noluerint collegia Scabinorum. Sed unde er- Wirt nich  
 go descendit? Putavi initio, eam originem debere juri Ca- feu.  
 nonico, sed tamen si quis consideret titulum decre- e) d. Tom. II.  
 talium de injuriis & damno dato, & titulum in institutio P. 4. q. 62.  
 nibus, Lancelotti huic correspondentem deprehendet, I. P. 4. q. 31.  
 jus Canonicum circa injurias nihil novi disposuisse, & in p. 90.  
 dictis titulis terminum injuriæ in significatu laxiori pro eo. f) exercit.  
 qnod s. 31.

ff) Part. 2. tit. 28. s. und sonderlich. g) d. Parte 4. const. 42;

- b) ad Cod. quod sine jure sit, usurpare. Et quamvis Perez h) diserte tit. de in- provocet ad jus Canonicum i) facile tamen patebit, tex- jur. n. 2. i) ad c. si il- tum illum plane non loqui de actione injuriarum. Idem lic. C. 23. eam repetit ex jure antiquo, quo in levioribus injuriis sa- q. 4. tisi erat dicere, *nolle dictum factum*, in gravioribus adde- batur: *juro te esse hac indignum injuria*, quem in finem Plau- k) in Am- tum k) & Terentium l) citat, tamen & haec origo est nimis phitri. longe quæsita. Quid ergo dicemus? Non errabo, credo, l) in Adel- si dixerim, eam actionem originem debere Hispanis, ad gra- ph. act. 2. viores tamen injurias verbales restrictam. Textum legis sc. I. Hispanicæ & commentatores in eam vide citatos apud Gonzalez Telez. m) Ipsa forma revocationis prout eam de- scribit Perezius n) sapit mores Hispanos, scilicet, quod re- & re judic. cantatio fiat plerumque cum face ardente, manu compre- cap. 23. n. 4. hensa rei, nudis pedibus, & indusio corpori advoluto, venia p. 786. proclamata injuriato, & dicatur communiter forma amen- n) d.n. 21. dæ honorabilis. Hanc igitur actionem haud dubie Carolus V. ex Hispania in Germanium secum attulit, & postea in o) d. P. 2. tit. revisa ordinatione Camerali o) confirmavit, Elector ve- 28. conf. ro Saxonie Augustus Imperatori huic multum obstrictus, Myns. cent. 2. obs. 98. eandem in fora etiam Saxonica introduxit.

n.1. Schulz.

Synops.

Quemadmodum receptione hac actionis æstima-  
inst. de in- toriæ & ad palinodiam in fora Germaniæ jura patria non  
jur. lit. f. per subla- planæ abrogata fuere, sed saltē quoad mulætæ olim re-  
zionem hu- ceptas pecuniariæ, earumque determinationem, alia utrius-  
ro poene criminales ob injurias reales graviores antiquitus  
que actionis receptæ fuere continuatæ, ita mixtura haec jurium diver-  
multæ con- forum non emendavit defectus antiquos, sed auxit, uti  
troversie plerumque mixtura rerum plurium diversarum parum fa-  
sunt prä- lubris esse solet. Ortæ enim sunt ex ista mixtura plures  
cise, quæstiones practicæ, circa quas mirum in modum dislen-  
serunt inter se integræ collegia, & ita hoc dissensu jus non  
solum incertum reddiderunt, sed & occasionem dederunt,  
mut processus injuriaru diutius durareit. Et quamvis  
Prin-

Principes in constitutionibus aut novioribus decisionibus tentaverint istos dissensus tollere , tamen nec hoc multum profuit, partim quod quaestiones hae plerumque es- sent inter se connexæ , ita , ut ex diversis respondentium principiis circa unam quæstionem derivaretur etiam dissensus circa quaestiones alias constitutionibus expresse non decisas , partim etiam , quod decisiones ipsæ fierent secundum principia decidentium nova & a principiis utriusque partis dissentientium diversa , atque sic nec decisiones ubique inter se cohærerent . Quæ inconvenientiæ omnes per abrogationem utriusque actionis , æstimatoriæ & ad palinodiam atque per mandatam judicibus inquisitionem adversus injuriantes haud dubie sunt sublatæ .

## XXI.

Quamvis autem illæ controversiæ fere in omnibus *commentariis* ad titulos de injuriis legantur , & ab initio *rum contro-*  
*constituerim*, de earum singulis singulas theses dare , ta-  
 men penuria temporis impeditus hic eas saltem per indi-  
 cem brevissimis proponam . Ita quæritur , an actio æsti-  
 matoria possit conjungi cum criminali ? An actio ad pa-  
 linodiam sit rei persecutoria , an penal is ? An duret sal-  
 tem per annum , an annis tringa ? An locum etiam habeat  
 in injuriis realibus ? an actio ad palinodiam infamet ? An  
 possit cumulari cum æstimatoria ? an cum criminali ? an  
 & quatenus in actionibus injuriarum juramentum possit  
 deferri ? & si quæ forte adhuc sunt aliæ . Porro tempus  
 non permittit , ut de singulis mentem meam paulo distin-  
 gui aperiam , monita tamen quædam pauca hic apponam ,  
 unde facile constare poterit , quæ de plerisque mea sit  
 sententia . Initio concedo actionem injuriarum æstima-  
 toriam jure civili non potuisse simul institui cum actione  
 legis Corneliiæ , quia nemo poterat duabus actionibus si-  
 mul experiri , sive ad idem tendentibus , sive diversis .  
 Concedo etiam actionem æstimatoriam & legis Corneliiæ

D

non

non potuisse institui unam post aliam , quia videlicet & hic nolebant leges vagari actorem una actione semel ele-

p) I. 6. pr. Etia. p) Sed quemadmodum apud Germanos semper licuit & s. 1. de duabus vel tribus actionibus diversis simul aliquem con- iniur.

venire, ita nullam rationem video, cur hæc regula non debeat etiam obtinere in actione æstimatoria simul cum actione criminali injuriarum instituta, cum hic deficiat utraque ratio juris Romani modo allata. Deinde id in confessio est omnes pragmaticos haec tenus habuisse actionem æstimatoriam pro mere poenali. Quamvis enim Lipsiæ jam ante triginta annos habita fuerit disputatio publica de actione injuriarum æstimatoria rei persecutoria, nemo tamen haec tenus, quod sciam, fuit repertus, qui hanc doctrinam ulterius defendere aut sequi voluerit, postquam statim Dn. Præses contra ostendisset, eandem & principiis moralibus, & juri gentium, & Justinianeo, & universæ

q) In disput. Praxi repugnare. q) At actio ad palinodiam, nescio qua Lips. anno 1682. habi- ratione, tantum non communiter pro rei persecutoria a ea sub titulo pragmaticis fuit habita, cum tamen eadem hic adsint fun- Philosophia damenta definiendi, quod & hæc actio sit poenalis, quæ juris osten- in actione æstimatoria adsunt, & ne verisimilis quidem sa in doctri- Possit afferri ratio, vel ex philosophia morali, vel ex prin- na de oblig. cap. 2. §. cipiis juris, vel ex intentione Hispanorum hanc actionem invenientium, quæ hanc sententiam suadeat, aut 264. seq. homini, saltem parum sanæ mentis, vel in somnio suadere possit. Cum tamen nulla sententia tam absurdâ sit, quæ non verosimilem aliquem errorem pro fonte agnoscat, credo viros celeberrimos adhuc hodiernum isti errori inhærentes, in eum fuisse perductos, quod de ortu hujus actionis nimis supine fuerint solliciti. Putavit Bacchovi-

r) ad Treut- us r) hanc actionem longa consuetudine in Germania es- lerum V. 2. fe ortam, & quidem opinione erronea vulgi, quasi honor d. 30 Th. 7. & fama nostra conviciis & maledictis læsa per revocationem opprobrii iterum nobis quasi restitui creditum fue-

fit,

rit. Hunc, ut alias s<sup>e</sup>pe, exscriptis Vinnius s), hunc s) ad §. 10.  
 Eckoltus t) & alii. Ergo ipsimet, qui hanc sententiam Inst. de in-  
 in praxi defenderunt, theoretice eam erroneam esse conr<sup>t</sup>) ad pan-  
 fessi sunt. Sed ostendent, credo, ea, quæ de origine a-<sup>l</sup> deest, de in-  
 c<sup>l</sup>tionis ad palinodiam v) quam gr<sup>at</sup>iter Bachovius circa jurii§. 23;  
 originem actionis hujus aberraverit, cum potius dicta v) §. 19,  
 monstrant. Hispanos actionem hanc in gravem poenam  
 reorum iniuriantium invenisse. Et fecerunt forte Bacho-  
 vium, & alios, quod legerent, palinodiam non esse poe-  
 nam publicam sed inventam in satisfactionem privatorum  
 per iniurias l<sup>e</sup>forum, atque adeo putarunt, satisfactionem  
 & rei persecutionem esse unum idemque, cum tamen i-  
 terum vel principia juris Justiniane debuissent ostendere,  
 etiam actiones poenales quascunque & in specie æstimate-  
 riad tendere ad satisfactionem privatorum. u) Hæc igi. u) adde l.  
 tur si ponderassent JCti, nunquam dixissent, actionem ad 17. §. 4, de  
 palinodiam non infamare aut cumulari posse cum æstima-  
 toria &c.

## XXII.

Porro cum Perezius in descriptione solennitatum Declaratio  
 in Hispanica recantatione adhibitarum simul etiam refe- quomodo a  
 rat w), procedere ista s<sup>l</sup>tem in acerbioribus iniuriis, cæ- recantatio-  
 terum si eæ sint leviores, solere reum de plano profiteri, ne differat.  
 se non injuriandi animotaria maledicta pronunciass<sup>e</sup> & con- & unde or-  
 querentem in sua opinione esse bonæ famæ & opinionis, w) ad tit. C.  
 exinde constat, quod declaratio hæc honoris plane a re- de injur, d.  
 cantatione diversa sit, & ab actione recantatoria liberet, n. 21.  
 adeoque non infamet declarantem. Patet porro, cum  
 hæc deprecatio secundum pragmaticos saltem locum habe-  
 at, in actione ad palinodiam, non vero in actione æstimatoria,  
 cum tamen alias regulæ æquitatis, & quæ supra de  
 moribus patriis attulimus ex sententia Scabinorum Mag-  
 deburgensium apud Zobeliūm, x) suaderent, etiam in a- x) supra §.  
 ctione æstimatoria, si leviores sint iniuriæ aut dubiæ in- 18. in me-  
 ter. dio.

terpretationis, debere talem declarationem admitti. Nimirum æstimatoria actio in Germania recepta fuit, antequam actio ad palinodiam recipetur. Ignorat vero jus Romanum exceptionem declarationis in actione æstimatoria. Postea sub Carolo V. actio illa Hispanica ad palinodiam & cum ea exceptio ibi solita declarationis fuere receptæ, quam adeo extendi noluerunt JCti ad actionem antea receptam, in qua non erat in usu. Quemadmodum autem indubii juris est, valere saltem hanc declarationem plane non satisfieri vere injuriato, sed potius doceri, non opus esse satisfactione; ita simul intelligitur naturam declarationis hujus plane non intelligere, sed eam cum recantatione vel cum depreciatione confundere collegia, quæ, dum sententia definitiva concipienda est, reum condemnare solent: daß Beklagter Klägern allenthalben zuviel und unrecht gethan / und dannenhero denselben eine Ehren-Erklärung und daß er von Ihm nichts als Ehre / liebes und gutes zu sagen wisse / zuthin schuldig sey / cur enim Reus non statim ab initio per declarationem dubietatem sustulit, & ita se ab actione liberavit.

## XXIII.

*Monita de o-  
rigine & u-  
su depreca-  
tionis.*

In actione recantatoria non solum reliquæ solennitates supra adductæ cum ignominia rei erant conjunctæ, sed & ipsa recantatio, quod mentitus sit, quod ea locutus sit, ut nequam, ex intentione Hispanorum, infamem faciebant reum, uti etiam infamabat apud Romanos actio æstimatoria. Cæterum cum Germani in Doctrina de fama & infamia observent in praxi doctrinas a moribus populi Romani, & Hispanici plane diversas y), ideoque diu in

y) Vid. Dn. Præfid. & Georg. Bei- erum ad erum ad actio- reum, de his qui nota- tur infamia. z) thes. 18, in medio.

Praxi receptum fuit, inventire modos reservandi reis in actione injuriarum famam, Consilium quo ante receptionem juris Justinianei Scabini fuere vni, supra jam fuit re latum. z) Actione æstimatoria recepta, clausulam reservatoriæ fere adiicere cœperunt JCti, In palinodia illi, qui

er-

erronee putarunt palinodiam esse saltem restitutionem famæ ablatæ, eam pro infamante non habuerunt. Alii re-  
censentientes clausulam famæ reservatoriam adjecere.  
Neque enim unquam receptum esse puto, ut licuerit  
reο revocanti verbis pro lubitu a se inventis uti, sed sem-  
per vel in sententia vel in ejus executione formula recan-  
tationis a judge reο præscripta fuit. Unde fabulam esse  
arbitror, quæ circumfertur de reο, qui sequenti formula  
recantaverat. *Appellavi te nebulonem & nequam. Hoc ver-  
rum est. Cogor revocare. Id mihi dolet. Tu es vir honestus  
Menitus sum.* Pariter ac illam exceptionem, cuius men-  
tio fit in notis ad Grotium, quæ Obrechti nomen menti-  
untur, (cum sint meræ ineptiæ tanto viro indignissimæ.)  
Æstimaverat actor abscessam auriculam millethaleris. Op-  
ponebat Reus exceptionem ineptæ petitionis, cum in ob-  
sidione Samariæ integrum asini caput tam care non fuerit  
venditum. a) Quamvis hoc ultimum exemplum fit priore a) Not.  
verosimilius, cum nihil novi sit, reos de injuria conven- Obrechti  
tos omnibus modis id agere, ut actoris petita quocunque ad Grotii  
modo ridicula reddere queant, qui abusus etiam per man- lib. 2. cap.  
data Saxonica & Brandenburgica supra relata est simul ta- 17. §. 21.  
cite abrogatus. Cum ergo pronunciari soleret in actione  
ad palinodiam: daß Kl. auf gebogenen Knien / in Klägers  
Gegenwart vor Gerichte einen Wiederruff zu thun / und daß  
er die ausgestossenen injurien geredet als ein Schelm, zusagen  
schuldig ic. & clausula famam reservatoria non bene cum  
antecedentibus cohæreret, sed occasionem deridendi for-  
mulam judicialem præberet: Er habe es geredet / als ein  
Schelm / jedoch seinen Ehren ohne Schaden / cœperunt pru-  
denteriores judices ad hanc inconvenientiam tollendam lo-  
co recantationis introducere christianam depreciationem,  
eine Christliche Abbitte, in qua reus confiteri debet se injuste  
fecisse & rogat humiliter actorem, ut ipsi injuriam illa-  
tam animo christiano condonet. Hoc enim modo æque

satisfit injuriato, ac per recantationem, & tamen iniuriantis honori parcitur, cum deprecatio facti illiciti ex na-

b) Exempl. natura sua neminem infamet, & deprecatio Christiana ex habet apud natura Christianismi famam ea utentis lædere nequeat. Abele Part. Quæ singula non considerarunt illi, qui hactenus in sententiis depreciationem injungentibus clausulam reservatoriaam addiderunt: daß Befl. Klägern der ausgesloßnen Inrichtungs-Händel.ca. jurien halber für Gerichte eine Christliche Abbitte zu thun schuldig sey / jedoch seinen Ehren ohne Schaden. b)

280.

*Alii abusus per mandata supra dicta sublati, ubi de retorsione & abusu.*

Sunt & alii abusus in processu injuriarum sèpius occurrentes, qui per mandata supra laudata absconduntur. Ita notissimum est, frequenter excedere solere actores, dum ob leviorum injuriam sive realem sive verbalem reum convenient criminaliter ad poenam fustigationis, cum tamen natura negotii de quo agitur, facile ostendere ipsis vel eorum Advocatis potuisset, injuriam, etiamsi probata fuerit, tam gravem poenam haud mereri, unde reo suppeditatur occasio vel novam actionem injuriarum instituendi contra actorem, vel retorsione utendi adversus eundem ob istum actionis institutæ excessum, qui abusus saltet permissa licentia denunciandi injuriam præcavetur. Ipsam retorsionem quod attinet, cum ea in mandatis illis Regiis tanquam remedium Christianismo adversum & ob alias causas ibi memoratas fuerit prohibitum, multæ quæstiones simul præcise sunt, circa quas hactenus dislenserunt JCTi v. g. an retorsio sit remedium, quod jure gentium initiat, an vero cum Christianismo id non conveniat, de qua integri Tractatus in utramque partem jam ante plures annos fuere conscripti c), qua item formula & quo tempore liceat retorsione illa uti, & quodnam sit officia, Stryck. cium magistratus in iis recipiendis. De quibus paucis inadit. de inhi sic videtur. Quod retorsio tollat actionem injuriarum, iur. §. 35. nemo, quod sciam, ut iniquam oppugnavit, & credo etiam

c) quos enumerat u-  
sus medie-  
nus Pande-

iam sensum mandatorum illorum esse, ut si reus denunciatus probet, actorem retorsione fuisse usum, ad ulteriore satisfactionem denunciantis eum a judice non esse condemnandum. Respondere injurianti, non esse verum, quod dixerat, nequam juri gentium imo ne Christianismo quidem videtur repugnare, cum ipse servator tali responsione contradicente Phariseorum conviciis, usus fuerit. Aliud vero dicendum, si injuriatus dixerit: Mentiris, cum usu juris gentium, certe Europaeorum pro verbis injuriosis habeatur, si quis dicat alterum mentitum fuisse, adeoque talis retorsio non solum regulis Christianismi repugnat, sed nec ex ipsa hac morum hypothesi pro re licita, sed potius pro nova injuria haberi debebat, quæ inter injuriantes compensationem quidem producebat, sed propterea tamen à poena a magistratu inferenda liberare non debebat. Istud autem non solum Christianismo, sed & primis rectæ rationis cujuscunque principiis adversum est, quod pro justa retorsione habeatur, si quis idem delictum, quod injurians reum infamare voluit, retorqueat, & intra hos terminos maneat. Etenim id quidem verum & palpabile est, qui falso alterum delicti insimulat, verum non dicit, adeoque, (si rei veritatem abstrahendo a regulis decori etiam in sermone observandi spectes) etiam mentitur. At quid absurdius excogitari poterat, quam ut is, qua alterum furem, adulterum, homicidam, &c. vocaverat, tamdiu etiam fur, adulter, aut homicida sit, aut ab altero pro tali haberi impune possit, donec convitium probet. Mallem, ut JCti inquisiverint in originem huius abusus, & qua occasione idem apud homines, vel tantillum sanæ rationis possidentes in praxin forensem introduci potuerit. Sed hic ubique altum est silentium, doctoribus communiter ea de re tacentibus & communi errore tres illos distinctos casus hactenus vel studio, vel ex supina negligentia confundentibus. Nisi

me

me omnia fallunt, apud veteres Jctos ante Carolum V, de hoc retorsionis remedio aut certe de hoc tertio & ultimo casu nihil legitur. Unde valde suspicor, eum una cum actione ad palinodiam ex Hispania in Germaniam fuisse translatum, adeoque causam querendi non superesse, quod in mandatis regiis una cum ipsa actione ad palinodiam iterum sit sublatus.

## XXV.

*Exceptio veritatis an  
& quando  
liberet a  
pœna.*

d) art. 150.  
in fine.

e) vid. Me-  
vius Parte  
3. Decis.  
357. & § 5.  
Dec. 389.

Unicam adhuc observationem adjicere liceat circa exceptionem veritatis, an ea liberet ab actione injuriarum. Communis sententia est, eam non liberare, sed mitigare saltem pœnam. Rationes producuntur variae, inter quas potissimæ sunt, quod communis sit Dd. sententia, veritatem convicci non excusare, & quod ipse Carolus V. in ordinatione Criminali d) questionem hanc negative definiuit, ac adeo sufficere pro præsumendo animo conviciandi, quod reus crimen, quod alteri imputat, debito modo non denunciaverit coram judge competente. e) Mihi sic videtur distinguendum esse. 1) Si convicium taliter sit, quod alteri objiciat vitia corporis evidentia, vel alia verba nonnisi ad contemptum & contumeliam aliorum inventa, et si de nullo criminis loquantur, (uti solent integra opificia talibus conviciis in contumeliam aliorum uti) tum utique veritas convitii non excusat. 2) Si quis delictum alteri objiciat in libello famoso, etiam exceptio veritatis non excusat. 3) Si citra libellum famosum, & delictum illud aut peccatum sit notorium, aut jam reus pœnam sustinuerit, vel absolutus fuerit, neque tum convicium liberabit a pœna. At si (4) delictum non est notorium, nec jam punitum, neque reus ab eo absolutus, tum puto indistincte eum, qui etiam extra judicium alteri talia delicta imputaverit, non esse damnandum, si paratus sit veritatem huius imputationis probare, vel indicia sufficientia magistratui suppeditare, ad inquirendum & simul probet

se

se non habuisse animum injuriandi, aut saltem juramento purgatorio hauc suspicionem tollere paratus sit. Et hanc assertiōnem

f) l. 18. de puto convenire juri Justinianeo f) ubi Paulus docet in esse bonum aut æquum, eum qui nocentem infamavit, ob eam rem condemnati, peccata enim nocentium nota esse & oportere & expedire quod de denunciatione non potest intelligi, cum processus inquisitorius juri Justinianeo non fuerit cognitus g) nec de accusatione;

g) Dñ. Præ. cum verba textus repugnant. b) Convenit etiam legibus antiquis fes disserr. Francorum i) ubi qui verba contumeliosa, non infamantia, de al- de origine tero adhibuet, indistincte; qui infamantibus usus sit, tum process. In- demum puniri jubetur, si crimen, alteri objectum, non probaverit. quisit.

h) d. l. 18. Nec repugnat jus Canonicum. k) Nam jus Canonicum non di- princ. verb. stinguunt, usrum quis denunciaverit delictum alteri imputatum, an infamavit minus, sed utrum id probaberit nec ue, etiamsi sit delator, & sum- abeam rem. ma totius questionis dictæ prout ipse Gratianus eam formavit est,

i) Leg. Salic. quod is puniendus sit, qui id, quod intulit, probare non valet. Ad cte. 32. §. 5. objectionem de brocardico vulgari, veritatem convictii non excusare, respondeo, id intelligendum esse de casibus tribus priori- k) caus. f. bus. Et cum de casu secundo saltem diserte loquatur Carolus V.

q. 9. Per in constitutione criminali, inde & hæc ipsius constitutio integr, frustra nobis opponitur.

## FINIS.










Ka 3755,


f



56

WAN





32

**IESSES INAUGURALES  
EXHIBENTES  
VATIONES VARIAS  
ORETICO PRACTICAS**  
**DE**  
**IONE IN  
VRIARUM,**  
**MAGNIFICENTISSIMO,  
MO REGÆ DOMUS PRINCIPE  
AC DOMINO,**  
**CAROLO,**  
**BORVSSIAE, MARCHIONE  
ANDENB. RELIQUA  
PRÆSIDE,**  
**TIANO THOMASIO,**  
RUSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO,  
RICIANÆ DIRECTORE AC PROFESSORE PRI-  
CULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,  
**OLICENTIA**  
TORALIA RITE CONSEQUENDI  
**ITORIO MAGORI**  
artii ANNO M. DCCXV.  
ante & pomeridianis,  
litorum disquisitioni submittit  
**IES SCHIECKE,**  
omensus Misnicus.  


---

**MAGDEBURGICÆ,**  
I ZAHNII, ACAD. ET SENAT.  
S TYPOGRAPHI,